



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

4. Quomodo Rimbertus adolescens meditari mortem instituerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

CAPVT IV.

*Quomodo Rimbertus adolesens meditari mor-
tem instituerit.*

POsthaec puer iam Deo dilectus magis
magisque in grauitate proficiens & di-
scendis liberabilibus disciplinis ardenter in-
stabat, & inter hæc orationibus cæterisque
bonarum rerum occupationibus assuetus, in
paucis annis omni maturitate & scientiæ &
virtutum perfectus eniuit. Et iam tunc iuxta
Psalmistam concaluit cor eius intra ipsum,
& in meditatione eius exarsit ignis, inueni-
re cupiens quid ei in hac vita consistenti **exe-**
qui maximè prodesset. Cui talia meditanti
occurrit iuxta quendam Sapientem, primam
Philosophiæ definitionem meditationem es-
se mortis, idque toto pectori hausit, ut o-
mni vitæ suæ tempore hanc summam sapien-
tiæ consequi mereretur, quatinus tempore
mortis suæ de neglectu præmeditationis eius
non contristari, sed potius per obserua-
tionem Scripturæ monentis ac dicentis: in o-
mnibus operibus tuis memorare nouissima
tua & in æternum non peccabis; quantum
humanæ conditioni possibile esset, de pecca-
torum vel cautela vel remissione securus lati-
ficare mereretur.

Plato.

CAPVT V.

*3. Ansgarius Rimberum ex diuina reuelatione sibi
familiarissimum reddit.*

I 3

Veneran